

Humana Christi Natura statuatur. religiosi cultus obiectum, carni Christi tribuatur cultus ille religiosus non per accidens tantum, sicut purpura Regis aut Principis extera quadam osculatione honorari solet; nec propter excellentiam habitualem carni subjectivè inhærentem; neque ex se, per se, & ex natura sui, sed quatenus subsistit in persona $\&$ $\lambda\circ\gamma\circ\delta$ s essentiam divinam cum omnibus proprietatibus possidens, evecta ad consortium SS. Trinitatis & infinita gloria decorata. Qua de materia conferrit potest D. Joh. Gerhardus. (d)

(a) Tom. II. Oper. in Anti - Martin. pag. 116. (b) Specim. Theol. Chemnit: Sc. pag. 284. (c) Antilog. justa & necessaria ad Rintelens. Epist. Apologet. p. 453. §. 44. (d) Exeges. Loc. IV. de Perf. & Offic. Christi p. 236.

§. XIII. His benè observatis videas aperte quosdam Calvinianorum negare, Christum juxta carnem esse adorandum; in quorum numero sunt BEZA, (a) ZANCHIUS, --(b) DANÆUS, (c) JOH. CLOPPENBURGIUS, (d) DANIEL VOETIUS. (e) Nec possunt aliter salvis suis hypothesis statuere; cum negent realēm divinorum Idiomatum communicationem carni Christi tactam, de quâ jam supra egimus, dictitentque; tanto intervallo Humanam Christi Naturam abesse à terra, quanto cœlum distet ab eadem; carnem agere tantum $\alpha\pi\vartheta\mu\pi\tau\omega\varsigma$: finitum non esse capax infiniti: carnem in nobis non posse efficere corporis & animæ vitam. Cum quibus hypothesis, ut accuratè demonstravit B. Mentzerus, (f) non potest simul stare adorabilitas carnis Christi. Conf. Die special Wiederlegung der Hess-Casselschen Wechsel Schriften. (g) Et quanquam Christum ut hominem vel secundum Humanam Naturam adorandum esse statuant; non tamen ita restringunt adorationem religiosam